



81

uero quos uerbis & exemplis lucrata fuerimus. praemium
 aeternae uitae percipiemus. Nobis enim ad dno dictum est.
 Vos estis sal terrae. qd si populus fidelis cibus est di. eiusdem
 cibi condimentu nos sumus. Scitote urm gradum. nro
 gradui secundum & pene coniunctum ee. Sic enim episcopi
 aptorum in ecclesia ita nimirum presbiteri. ceterorum
 discipulorum dni uicem tenent & illi tenent gradu summi
 pontificis aaron. isti uero filiorum eius. Vnde oportet uos
 semp memores ee. tantae dignitatis. memores urae consecra
 tionis. memores sacrae quam in manibus suscepistis unctio
 nis. ut nec ab eadem dignitate degeneretis. nec uram con
 secrationem irritam faciat. Nec manus sacro unguine
 delibutas peccando pollutas. sed cordis & corporis mundi
 tiam conseruantes plebibus exemplum bene uiuendi pre
 bentes. his quibus pre estis ductu ad regna caelestia pre
 beatis. **DE ASSIDUITATE ORANDI ATQUE LEGENDI.**

Oportet uos assiduitatem habere legendi & instantiam
 orandi. quia uita uiri iusti lectione instruitur. oratio
 ne ornatur. & assiduitate lectionis munitur homo a pecca
 to iuxta illu qui dicebat. In corde meo abscondi eloquia
 tua ut non peccem tibi. haec sunt enim arma. uidelicet
 lectio & oratio quibus diabolus expugnatur. haec sunt
 instrumenta quibus aeterna beatitudo acquiritur.
 his armis ura conprimuntur. his alimentis uirtutes
 nutriuntur. **DE OPERA MANUUM.**

Sed & si quando a lectione cessatur. debet manuum opera
 tio subsequi. Quia otiositas inimicae animae & antiquus
 hostis. que a lectione siue a oratione. siue a operatione ua
 cantem inuenit facile ad uitia rapit. Per usum namque